



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Pr[a]escriptio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Theologia, aut Lectores, non egent examine
Episcopi. *Pius V.*

3 Mendicantes possunt prædicare etiam cū
prædicatur in Cathedrati. *Idem.*

Prælatus, vide Ecclesia, Electio, Episcopus, Obedientia.

1 **P**Rælatus dicitur, qui Ecclesiæ Collegi-
atæ seculari, vel regulari præficatur. Ita-
que Priores, & Guardiani sunt Prælati, & in-
dignitate. *Vide gl. c. 28. de elect. lib. 6.*

* *Vide Syl. V. Prælatus. nu. 1. Fum. 16.*

2 Prælatus propriè non dicitur esse de Capi-
tulo, vel Conuentu.

3 Non potest Prælatus tempore pestis popu-
lum deserere.

* *Nec tempore hæresis Bannes 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 4.*

4 Gesta per Prælatū toleratum valida sunt,
etiāsi iure titulum amisisset.

5 Prælatus excedens in subditi correctione,
non tenetur ab eo veniam petere.

* *Fum. 3. Syl. 6. l. c.*

6 Prælati bona sunt tacitè hypothecata pro
mala Ecclesiæ administratione.

Syl. vers. Dos. q. 12. num. 14. Gloss. cap. ex litteris, de pign.

PRAESCRIPTIO.

1 **P**Ræscriptio dicitur immobiliū. Vsfuca-
pio mobiliū. Fit autem vsucapio tric-
enio,

nio, etiam in rebus Ecclesiae. *Abb. in c. 1. de integ. restit.* dicit hanc esse communem sententiam. Vide *Couar. reg. possessor. p. 2. §. 2. numer. 5. cum Doctoribus ab eo citatis*, & *Mol. disp. 68.* Requiritur autem ad eam bona fides, etiam in tradente rem. Non potest verò vsucapi res sacra, aut prohibita alienari; nec res Ecclesiae requirens solemnitatem in alienatione: nec res pupilli, aut minoris, quæ potest seruari, scilicet quæ non consumitur. Non sufficit autem ad vsucapionem inchoadam, si quis rem possidere incipiat cum dubio, an sua sit, sed necessaria est bona fides, qua absque dubio credat rem suam esse. *Syl. & Summistæ communiter verb. Præscriptio. Mol. disp. 93. & Doctores. l. bona fidei. ff. de acq. rer. dom.*

* *Uel. Salon art. 7. q. 5. de dominio, Bannes ad q. 62. d. 5. q. 4.*

2 Ad præscriptionem, vel vsucapionem requiritur possessio non interrupta per certum tempus, & bona fides, & titulus præsumptus iustus, scilicet ut nihil in contrarium appareat probabile, & quod res possit præscribi; bonam verò fidem non tollit dubitatio adueniens: nocet autem heredi mala fides defuncti, non autem habenti ab hærede. Quamquam si hæres inuasoris bona fide, præscribit quadraginta annis; itidemque dicendum est de re furtiua, quæ alioqui non præscribitur.

* *Vide Syl. l. c. num. 2. So: l. c. col. 5.*

Bonam ζ Vide Lopez l.c. cap. 135. Salon. l.c. Sot. col. 9. Val. l.c.

3 Titulus praesumitur consuetudine immemorabili: sufficit & iusta credulitas tituli ex errore facti. * Vide Couar. l.c. p. 2. §. 5.

4 Contra laicos praesentes in eadem provincia praescribitur regulariter decem annis; contra absentes viginti: idemque est in bonis patrimonialibus Clericorum; at in re Ecclesiastica; aut Religiosa, inter praesentes triginta; inter absentes quadraginta; contra Ecclesiam verò Romanam requiruntur centum.

* Sot. l.c. infra col. 2.

At in re eccles. ζ Sot. l. 4. q. 5. artic. 4. Mol. dist. 71. 72.

Romanam ζ Mol. l.c.

5 Possessio bonae fidei praecedentis, & sequentis possessoris coniunctae complet tempus praescriptionis.

* Vide Mercatum de contract. Lopez p. 1. cap. 133. q. 2.

6 Ecclesiae & minori datur quadriennium post finitā praescriptionē cōtra ipsos ad restitutionē, nisi esset praescriptū ab alia Ecclesia.

* Vide Couar. l.c. p. §. 3. nu. 4. Mol. d. 80.

7 Soluens tributum, seu pensionem per contractum promissam, triginta annis praescribit, non solvens sine mala fide. Quod si erat pactum non soluendi, nisi petitam, negligente domino petere, praescribit secundum legem

gem communem præscriptionis.

8 Eligendi ius præscribitur quadraginta annis, etiamsi vnus solus actus interueniat.

9 Prohibita alienari non præscribuntur ante triginta, vel quadraginta annos. Vide *Syl. præscriptio. 2. num. 12. Mol. disp. 70.*

* Quæ nequeant præscribi, docet *Syl. l. c. 2. vide Couar. l. c. p. §. 3. Mol. d. 79.*

De præscriptione nõnulla *Lopez p. 1. à c. 133. multa Mol. ad. 61. quædam Sot. l. 4. q. 5. art. 4. Sal. l. c. Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. Ban. ad q. 62. d. 5. q. 4.*

10 Statutum tollens præscriptionem, non tollit eam, cuius initij non est memoria.

Primitia, vide Decima.

Præuilegium, vide Gratia.

Princeps, vide Dominus. Lex, Officium.

1 **R**ex tenetur pro Republica vitâ ponere.
2 Potest per Rempub. priuari ob tyrannidem, & si non faciat officium suum, & cum est causa aliqua iusta: & eligi alius à maiore parte populi. Quidam tamen solum tyrannidem causam putant.

* Quidam } *Sot. lib. q. 4. art. 1. col. 6.*

3 Tenetur Princeps corrigere mala publica, si possit sine damno Reipubl. & agere causam populi, adeoque curare vt Episcopi, & Curati resideant: quantum iure permittitur.

* *Nau. c. 25. nu. 8.*